UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 101. 102. De iurnalibus traditis et silva in Ryadra in pago Itergowe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

quidquid habuit. teſteſ arid euo beuo (L) deddo teudold et alii ſex.

§. 100.

Tradidit uſſic quidquid in cogarden (l) habuit cum hereditate vxoriſ ſuae et cuiuſdam conſanguinei ſui in eodem loco. teſteſ eiſulf teodult tiadman bacco thiadgrim.

§. 101.

Tradidit uuala (M) pro remedio animae filii fratriſ ſui nomine gherfriduſ X iurnaleſ in *ryadra* (N) et ſiluam quae illic coniacet.

§. 102.

Tradidit aſuco pro anima uuende et oſburin . . . . teſteſ *arnulf* (n) helpric halecmund uualdmund et alii quatuor.

§. 103.

Tradidit folcmeri in *pago heſſi* (O) in uilla nuncupante *buria* (P) manſum unum et hominem latum cum vxore et filiiſ. teſteſ *hoger comeſ* (Q) *anulo* (R) ragenharduſ alduuarduſ addic et alii nouem.

§. 104.

Sunt quidam *homineſ* (S) qui tradiderunt in *pago thuringi*

que controuerſia a fluuio, Pather ſeu Pader appellato, et in vrbe Paderborna ſurgente, nomen traxit, pagus in antiquis annalibus de Caroli et Hludouuici imperatorum rebus geſtis celebratiſſimus. Villa vero *Wamuri* tempore epiſcopi Paderbornenſis Meinwerci, id eſt, ſeculo XI nominabatur Waweri. Hodie dicitur Weuer. Olim ibi erant quidam nobiles dicti de Weuer; iam vero eſt ſedes perilluſtrium Baronum de Imbſen, vaſallorum Corbeienſium; villa autem Weuer ſeu Wamuri ab vrbe Paderborna non longe abeſt.

De Bevone Warini Ab.Corb. fratre.

(L) *Beuo* frater abbatis Corbeienſis Warini fuiſſe videtur, et forte idem eſt, qui §. 98. appellatur Bouo.

(l) De villa *Cogarden in pago Wikanauelde* vide ſupra §. 96.

De Wala.

(M) *Wala* frater abbatis Adalardi Corbeienſis denotatur, qui erat filius Bernharti, fratris Pipini regis Francorum. Si ita eſt, quæritur, quomodo amborum, Walæ ſcilicet et Adalardi, frater appellatus fuerit? In viuis ſane hoc tempore adhuc fuit Wala. Et ex donis patet, quæſtionem propoſitam non eſſe de nihilo. Confer plura infra §. 169 et 231.

(N) *Riadre* villa in *Regiſtro* noſtro A. C. R. *MSčto* ponitur *in pago Hergowe.* Denotamus ergo per *Ryadra* villam vicum *Radern* intra præfecturam Lichtenfels in principatu Waldeccenſi obuiam.

(n) An *Arnulf* filius S. Meinulfi, de quo egimus ſupra §. 48, hoc loco ſignificatur?

(O) De *pago Heſſi* vide ſupra §. 33. not. (V)

(P) De *Buria* vide l. c.

De comite Hogero.

(Q) *Hogerus comes* an filius Marcwardi et Ricſuit, de quibus vid. §. 106.

(R) *Anulo* eodem §. 106. quoque reperitur inter teſtes.

De hominibus abbatiæ Corbeienſis.

(S) De voce *hominis* confer ſupra §. 24. not. (T) Ex hoc autem loco videtur apparere, eadem adpellatione tempore Hludowici pii quoque inſignitos eſſe nobiliſſimos Saxoniæ noſtræ, quos hodie appellamus duces, principes, comites et liberos barones.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN